Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

VI

qualitate. Circa primum primo
queritur quid est ordo. Secundo
quot et qui sunt ordines.
Tercio de divisione ordinum
in sacros et non sacros. Quar-
to de eius effectu et victu-
te. Circa primum sciendum quod
ordo secundum quod hic sumitur
est secundum hu. de sancto victore
signaculum quoddam in quo
spiritualis potestas et officium
traditur ordinato. et stat
ibi signaculum secundum pe. pro
exteriori signo sive mistra-
tione. Secundum vero Bonaventuram stat ibi
pro interiori signaculo in animam
divinitus impresso. Circa se-
cundum sciendum. Quod ordines
sunt septem ut habetur per
magistrum sen. li. 4o dis. 24
c. 1. Scilicet hostiariatus lecto-
ratus. subdiaconatus. dya-
conatus presbyteratus. finis namque
imponit unitatem hiis
que sunt ad finem et se-
cundum congruentiam et sufficien-
tia ordinum sumi potest ex
fine. Ordo autem ordinatur ad
corpus christi verum conficiendum
et ad dispensandum ad utili-
tatem corporis christi mistici
unde in sacerdocio est status
in quo est perfectio potestatis
unde in eo convenit utraque
potestas scilicet conficiendi corporis
christi veri et absolvendi
mistici. hic autem ordo no-
bilissimo debet habere ordi-
nes subministrantes sibi
secundum exigenciam dupli-

cis potestatis. Unde quidam sibi
ministrant quantum ad cor-
pus christi verum. Et alii sunt or-
dines sibi propinquiores scilicet
subdiaconatus et dyaconatus.
Subdiaconatus enim materiam sa-
cramenti sumit a populo et
offert dyacono. Dyaconus vero
offert presbytero et presbyter deo con-
secrando et ibidem est quod
sic nominatur ut dicit ysidorus
dicitur enim diaconus quasi
minister. Subdiaconus quasi
subminister. Alii autem ordines
inferiores deserviunt disponen-
do corpus christi misticum ad
digne sumendum corpus christi
verum et hoc vel impedimen-
tum removendo vel auxi-
lium conferendo. Impedit
autem insitum est in se
malum. homo ad quem ex-
cludendum ordinarius hos-
tiarius. et etiam dyabolus
ad quem expellendum ordi-
natur exorcista. Confert
vero auxilium illuminando intel-
lectus et inflammando affec-
tus. Ad primum ordinatur lec-
tor. Ad secundum acolitus. Ter-
cium ad excitatorem devocionis
deputatus. Preeminet autem
unus ordo alteri. Quantum enim
quod magis de proximo or-
dinatur ad sacramentum eucharis-
tie. Unde omnibus aliis pre-
eminet presbyteratus. deinde
dyaconatus. Sed inter minores vero
ordines preminet acolitatus
qui habet ministerium super